



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant

Segneri, Paolo

Dilingæ, 1699

Reverendissimo Et Illvstrissimo Domino, Domino Eustachio Egolpho Ex
Baronibus de Westernach, Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ Præposito,
Serenissimi Principis & Episcopi Augustani Consiliario Intimo, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48281)

REVERENDISSIMO ET ILLV.
*STR*ISSIMO
DOMINO, DOMINO
EUSTACHIO
EGOLPHO
Ex Baronibus de WESTERNACH,
Cathedralis Ecclesiæ Augūstanz
PRÆPOSITO,
Serenissimi Principis & Episcopi Augūstani
CONSILIARIO INTIMO, ET SUFFRAGANEO
EPISCOPO DIOCELENSI,
DOMINO MEO GRATIOSISSIMO.

REVERENDISSIME ET ILLUSTRISIME DO-
MINE, DOMINE GRATIOSISSIME.

R P. Paulus Segneri Societatis JESU &
Orbis Orthodoxi decus singulare
multa scripsit ætate nostrâ Cælestis
plena sapientiæ. cū sacrum repræ-
sentat de suggestu Oratorem, nihil ad eloquen-
tiam facundius: cū officium exponit homi-
nis Christiani; nihil aptius; cū in sacro tri-
bunali tum reum, tum Judicem, & in pasto-
ra-

EPISTOLA

rali munere Sacerdotem instruit; nihil accuratius: cum incredulos arguit; nihil luculentius: cum sanctissimam DEI Matrem, aliosque Beatos Coelites laudat; nihil elegantius dici possit.

Sed multorum iudicio simul omnia complexus est in eo libro, quem Manna Animæ inscripsit. docet enim clarè, instruit accuratè, movet efficaciter, terret vehementer, solatur suaviter, laudat eleganter: ubique cum ardore lucem, cum melle aculeum, cum Spiritu Scientiam jungit tam grato temperamento, ut semper placeat. rectè Manna nuncupavit, cum utilitati serviat, & gustui omnium, certè non de terrâ natam esse, sed de cælo fluxisse, quæ in ipso continetur, sapientiam produnt tum sententiæ, quæ solùm è sacris paginis depromptæ sunt, tum earum tractatio, quæ Cœleste aliquid & Divinum sapit. Hunc librum Italico idiomate ab Authore suo conscriptum, & plurimorum, qui linguam callebant, tritum manibus, nuperrimè Latinitate donatum, quò pluribus serviret, sub Auspiciis tuis in lucem emitto, REVERENDISSIME & ILLUSTRIS-

DEDICATORIA.

LUSTRISSIME DOMINE. Patere ad Gentilitias
cassides, & sacras Infulas etiam hanc accede-
re appendicem non indecoram: quippe cum
& natura, & virtus, & fortuna quoque tot or-
namenta & titulos in te unum congesserint,
tacite me commonuerunt non peregrini Nu-
minis favores quærere, neglectis domesticis,
sed nomini tuo eum nuncupare, à quo scilicet
& præsidij satis, & ornamenti accepturus esset.
Istud enim verò est, quod ambit, petitque ab
Illustrissimi Nominis & patrocini splendore
liber sumptu & prælo meo iturus ad posteros.
Alterum verò, quod idem reddere vicissim
cupit, est devoti animi monumentum. Si-
cut enim avitæ profapiæ, & tot sacris honori-
bus, ad quos tua te merita extulerunt, juncta
modestia, morumque suavitas omnium sum-
morum æquè ac infimorum amores & studia
sibi vendicavit, ita ego præcipuè inter clien-
tes me obstrictissimum agnosco, atque hoc
publico documento testatum volo me esse, &
æternum fore

R. ma & Illust. ma Dominationis Tuae.

Servum devotissimum

Joan. Caspar. Bencard.

DECLA.